

**Ex antiquitate Ebrea de thymiaterio sanctissimi occasione Ebr. IX. 4 ... /
disputabit praeses J.J. Sonneschmid ... respondentे J.P. Ram.**

Contributors

Ram, Johann Paul, 1701-1741.
Sonneschmid, Johann Justus.
Universität Wittenberg.

Publication/Creation

Wittenbergae : Literis Viduae Gerdesiiæ, 1723.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/a8pvwqqd>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

D. B. I.

EX

ANTIQUITATE EBRAEA

DE

HYMIATERIO
SANCTISSIMI

occasione Ebr. IX. 4.

PRO LOCO

IN AMPLISSIMO PHILOSPHORVM
ORDINE SIBI BENEVOLE CONCESSO
RITE TVENDO

DISPV TABIT

P R A E S E S

IO. IVSTVS  Sonneschmid

LIBERAL. ART. MAGISTER

D. XVI. Febr. A. R. S. M DCC XXIII.

IN AVDITORIO MAIORI

RESPONDENTE

IO. PAVLO RAM

FREIBERGA - MISNICO

PHIOL. ET S.S. THEOL. CVLTORE

WITTENBERGAE, LITERIS VIDUAE GERDESILAE.

58700





§. I.



Ocem θυμιατήριον a thematis sui perfecto passiuo eiusque persona tertia, τεθυμιάτα, terminatione ταῦ in τηρίου permutata, deriuandam esse, nemo inficiabitur: hinc instrumentum, cuius ope suffitio peragi queat, significat. Quod uero tam θυριβολον quam altare suffimenti denotet, usus eius comprobatur. Siquidem Flauius Iosephus *Antiquitat. Iudaic. Libr. VIII. cap. II. p. 234. edition. Basili.* illam de thuribulo usurpat: θυμιατήρια δὲ χρυσὰ ἐν ὅις ἔκομιζετο θυμίαμα εἰς τὸν ναὸν δισμύρια. ὅμοιως ἀλλα θυμιατήρια ὅις ἔκομιζον ἀπὸ τῆς μεγάλης θωμᾶς πῦρ ἐπὶ τὸν μικρὸν θωμὸν τὸν ἐν τῷ ναῷ πεντακισμύρια.

T H Y R I B U L A A V R E A, quibus suffimentum in Sanctum inferebatur, erant uiginti millia: Similiter alia **T H Y R I B U L A**, quibus ignis ab altari magno in paruum, quod intra Sanctum exstiebat, portarunt, quinquaginta millia. Quod et de *Bello Iudaic. Libr. I. cap. V. p. 670.* facit: Pompeius una cum comitibus suis templum ingressus uidit, quae intus erant, nempe λυχνίας τε καὶ λύχνις καὶ τράπεζαν καὶ θυμιατήρια ὄλόχρυσα candelabrum cum lycbnis, nec non mensam atque **T H Y R I B U L A** ex auro confecta. Eandem uocem altari suffitus autor ille *Antiquitat. Iudaic. Libr. III. cap. VII. p. 74.* attribuit: Inter candelabrum, inquiens, atque mensam θυμιατήριον i. e. **A R A S V F I M E N T I** sita erat. Et deinceps *cap. IX. p. 78.*, ubi scribit:

τά τε θυώμενα, πολλὰ δὲ εἶνι καὶ ταῦτα καὶ ποιίλα, κατὰ τὴν σκηνὴν ἐπὶ τῷ χρυσῷ ΘΥΜΙΑΤΗΡΙΟΥ, μεγάλης πάνυ τιμῆς ὄντα συνεφέρετο. *Suffimenta*, haec autem erant multa et uaria, super ALTARE aureum in tabernaculo offerebantur admodum preziosa. Huc quoque referri possent, quae p. 77. literis consignauit: ὅσα δὲ τῶν πρὸς τὴν τῆς σκηνῆς κατασκευὴν παρασκευασμένων ἦν περιττὰ ταῦτα ἐκέλευσεν εἰς Φάρση σκεπασήρια τῆς τε σκηνῆς ἀντῆς καὶ τῆς λυχνίας καὶ ΘΥΜΙΑΤΗΡΙΟΥ καὶ τῶν ἄλλων σκευῶν αναλῶσαι. *Quicquid uero ex iis*, quae ad tabernaculi fabricam praeparata fuerant, super fuit, ad uela tectoria ipsius tabernaculi atque candelabri, et ALTARIS, in quo suffitus fieret, itemque aliorum uasorum impendere iussit. Nec omittamus, quod de Bello Iudaic. Libr. V. cap. XIV. p. 842. commemoret, Θυμιατήριον, h. e. ALTARE SVFFITVS, in prima templi Hierosolymitani parte obuium fuisse.

§. II.

Quum itaque θυμιατήριον non solum acerram sed etiam altare thymiamatis denotet, quae situm fuit, Ebr. cap. IX. v. 4. thuribulum aureum, an altare aureum intelligendum sit? Qui, aram suffimenti in Sanctissimo constitutum fuisse, contendunt, non dubitabunt affirmare, θυμιατήριον χρυσὸν, quod tantum l. c. legitur, per altare aureum explicari debere. Aram hanc in Sanctissimo existisse, Augustinus Libro II. Quaestionum super Exodum, Quaest. 133. p. 166. B. Tom. IV. Opp. edit. Basil. afferuit: Non ergo sumus intellecturi, semel in anno intrare Sacerdotem solere in Sancta Sanctorum, sed semel in anno cum sanguine: et quotidie quidem solere intrare sine sanguine causa incensi imponendi; cum sanguine autem semel in anno, maxime quia sequitur: Semel in anno purificabit illud. Quod cum sanguine fieri debere praeceptum est. Et post hoc adiungit: Sanctum Sanctorum est Domino. Ac per hoc Sanctum Sanctorum non extra, sed intra uelum erat, etiam illud profecto ALTARE, de quo nunc agitur, quod ponit CONTRA VELVM INTRINSECUS iussit. Eandem sententiam fol. 191. C. repetit: Interius autem, id est, in Sanctum Sanctorum intra uelum etc.; ANTE ARCAM uero, id est, INTER ARCAM et VELVM possum erat ALTARE INCENSUS,

CENSI, quod aliquando AVREVM dicit S. Sacra, aliquando deauratum, aureum utique appellans, quod erat inauratum. Ad haec Sancta Sanctorum nisi summo sacerdoti non licebat intrare quotidie propter inferendum incensum; semel autem in anno cum sanguine ad purificandum altare.

§. III.

Ex quibus appetet, Augustini sententiam autoritati Scripturae Sacrae inniti, quoniam Exod. XXX 6. altaris aurei situs hoc modo praecipitur: ונתהו אותו לפני הפרכת על ארון הערות אשר לפני הכפרת VELVM, quod erit ante arcam testimonii, CORAM OPERCVLO PROPITIATORIO. Quod utrumque Exodi cap. XL iteratur, siquidem non solum v. 4. iubetur: ונתהו אדרמובה חותם הערות לפני ארון הקטרת לפני הזחב CONSTITUAS ALTARE AUREUM etymiamatis CORAM ARCA testimonii; sed etiam v. 26. Moses huic mandato diuino respondisse et altare hoc לפני הפרכת CONTRA VELVM collocasse commemoratur. Augustino quoque fauere uidentur uerba, quae 1. Reg. VI. 22. inueniuntur: וכל-המובהח אשר-לדביר צפח זהב Totum ALTARE, quod est SANCTISSIMI, obduxit auro.

§. IV.

Verum quia non solum Scriptura Sacra docet, summo pontifici non quolibet die in Sanctissimum usque penetrare permisum fuisse; sed etiam unius tantum altaris suffitus, in quo quotidie adoleret, mentionem facit, certe illud non in Sanctissimo sed Sancto potius quaerendum est. Intelligitur itaque Augustinum SS.i. mentem in Exod. XXX. 6. minus recte expressisse, quippe quae eo spectat, ut situm altaris aurei, in Sancto collocandi, determinet. Primo enim ara suffitus poni iubetur לפני הפרכת coram uelo, Sanctissimum a Sancto distinguente. Quia uero sic incertum esset, num illa ad latus uel sinistrum uel dextrum Sancti, an in medio eius constitui deberet? quare illico subiungitur, לפני הפרכת coram ιλασηριᾳ, siue erigione ipsius; ad indicandum, quod altaris aurei situs arcae foederis responderet. Sensus igitur uerborum est: colloces illud altare aureum in Sancto

coram uelo, quod inter hoc atque Sanctissimum intercedit, ita ut e diametro arcae foederis, adeoque inter latus Sancti meridionale ac septentrionale, existat. Huc collimat Rashi interpretatio : **לפנִי הַפְרָכָת שֶׁמְאָה תֹּאמֵר מִשּׁוּר** מכנר הארון לצפון או לדרום תל לפני הכפרת מכנר הארון (Si tantum dixisset :) CORAM VELO, fortassis cogitares : hoc altare non e diametro arcae, sed ad latus septentrionale aut meridionale aedis constituatur. Hinc Scriptura addit : CORAM OPERCVLO PROPITIATORIO i.e. accurate e regione arcae. Nobiscum Abarbanelis quoque facit ונתהה לפני הפרכת מהוז לפני הכפרת commentatio : **שִׁיחַה כְּנֶגֶת נָתָן** Ponas illud ante uelum, i.e. EXTRINCUS : coram operculo propitiatorio, scilicet E REGIONE eius erigatur. Neque ר' ב' 28 praetereunda uidetur explicatio : ונתהה אותו לפני הפרכת בהיכל אשר על ארון et colloces illud altare CORAM VELO, n.p. in Sancto, quod ante arcam testimonii obtendatur : uelum intelligitur, quod Sanctissimum a Sancto distinguat. Eodem modo accipienda sunt uerba Exod. XL. v. 5. atque v. 26., ut sensus sit, altare aureum quidem collocandum fuisse לפני ארון coram arca, sed tamen לפני הפרכת coram uelo adeoque in Sancto. Ex iam dictis intelligitur, quod particula ל, i. Regum VI. 22. uoci ר' ב' י' praeponita, alia ratione interpretanda sit, scilicet per AD, APVD, PROPE, ANTE, iuxta Celeberrimi Danzii, Praeceptoris nostri aeternum uenerandi, Interpret. §. 15. II. edit. minor.

§. V.

Nec Scriptura solum Sacra, sed etiam monumenta antiquitatis Ebraeae Augustino, aureum altare Sanctissimo adiudicanti, repugnant, siquidem in pandectis Talmudicis altare thymiamatis inter candelabrum atque mensam, cui panes propositionis imponebantur, adeoque in Sancto collocatur. Quod uerba tractatus Ioma fol. 51. fac. B. lin. 19. euincunt : תְּרֵ בֵּן הַמּוֹבֵחַ לְמִנְרָה הִיה מַהֲלֵךְ (ר' י' כשבא

כשבא ליכן היה בוקע בחיל הרו הרו להלך
בין מזבח הפנימי ולמנורה שהיה ברום וחלק
עד הפרכת רבי יוחורה ר' אמר בין שולחן
למזבח יש אמורים בין שולחן לכוטל Docuerunt Rabbi-
ni: inter ALTARE atque CANDELABRVM transiit, affirmante
R. Iebuda. (Raschi annotat: Summus sacerdos, expiationis die
Sanctissimum ingressurus, per Sanctum permeauit via meridionali in-
ter ALTARE INTERIVS atque lychnucbum, qui a meridie exsti-
tit, et progressus est usque ad uelum). R. Meir autem statuit: inter
MENSAM et ALTARE (suffitus). Alii contra dixerunt: inter
mensam atque parietem (incepsit). R. Ascher cum R. Iehuda ad
Ioma fol. 91. fac. B. column. 2. consentit, eodemque modo
זהלך ברומו של היכל בין מזבח ולמנור עד שהגיע לשתי הפרוכות
היכל בין מזבח ולמנור קורש ובין קורש הקורשים introiuit a
meridie Sancti inter ALTARE (aureum) et CANDELABRVM,
donec ad duo uela, quae SANCTVM a SANCTISSIMO seiun-
gunt, peruenit. Ex sententia igitur R. Iudee atque R. Meiri
inter se collata informamur, altare hoc in Sancto inter can-
delabrum atque mensam intercessisse.

§. VI.

Eundem omnino altaris aurei situm indicat Gemara lau-
dati tractatus Ioma fol. 33. fac. A. lin. 33. et B. uerbis se-
quentibus: מזבח הפנימי קורם להטבת חמץ
נורוֹת מא טעמא אמר אבי גמרא גמרא (רשוי
שכנן סידון) סברא לא ידענא ורבא אמר בראש
לקיש ראמ' רוש לקיש אין מעבירין על המצות וכי
על להוכל במזבח פגע ברiosa (רשוי קורם שיגיע
למנורה שהמזבח משוך כלפי מורה קימעה) רתניא
שולחן בצפון משורט מן הכותל (רשוי מרוחק מן
הכותל צפוני) שתי אמות וממחצה ומנורה ברום

מושוכה מן הכותל שתי אמות ומחצית (רש"י) כמרות
השולחן) מזבח ממוצע ועומר באמצע ומשורר כלפי
הוז קימעה (רש"י כלפי מורה לצד פתח החוכל)
ונוקמי להריהו (רש"י לוקמא בהריהו מכון בינויה
ולמה נ麝 להוז) כיוון רכתיו ואת המנורה נכח
דשלחן בעין רחו אהרדו.

ALTARE INTERIUS a cinere fuit prius purgatum, quam quinque lampades parabantur. Quare? Abbai respondit: accepi quidem per traditionem (Raschi: quod ita sit ordo eorum), sed ignoro rationem. Rabba uero statuit secundum τὸν Resch Lakiscb. Nam Resch Lakiscb dixit: praeceptum ne praetergrediamur. (Sacerdos) itaque Sanctum ingressus, incidit prium in ALTARE (Raschi: Scilicet antequam ad candelabrum uenit. Nam altare paullo proprius fuit orienti). Traditio enim est: MENSA (panum propositionis) erat ab aquilone, remota a pariete (septentrionali) cubitis duobus et dimidio: CANDELABRVM erat ab austro, remotum a pariete (meridionali) cubitis duobus et dimidio (RASCHI, iuxta mensuram mensae): ALTARE (thyamatis), INTERIECTVM, stetit in MEDIO, protracium uero fuit paululum foras (Raschi: nempe uersus orientem ad ianuam Sancii). Obi. constituatur ALTARE hoc accurate inter mensam atque candelabrum (quare protrabatur foras)? Resp. Quia Exod. XXVI. 35. scriptum est: et candelabrum ponas e regione mensae, necesse est, ut mensa et candelabrum se inuicem respiciant. Quod ut fieri potuerit, altare aureum debuit aliquantulum uersus orientem conuerti. Normae huius traditionis respondet situs candelabri, altaris aurei atque mensae, qui in ichnographia templi Hierosolymitani circa finem tractatus Middoth in Additionibus Iom Tobh exhibetur. Quod intelligitur ex descriptione numer. LVI. apposita: ברורים מהנוּר הנכנס ושלחן מיין ומזבח הווחב משורר מבין משMAL הנקנס ושלחן מיין ומזבח הווחב משורר מבין שנייה להוז כתוב בתורת משה CANDELABRVM fuit a meridiie a sinistra ingredientis: MENSA (panum) a dextra: ALTARE AVREVM inter utrumque, attamen foras protracium, iuxta legem Mosaicam.

§ VII.

Cum doctrina illa exotica conuenit quoque Maimon, in *Hilcoth Bet ha-Berith cap. IV. §. 17.* altare aureum eodem collocans: מזבח הקטורת היה מרובע אמה על אמה: ושהוא נתון בהיכל מכובן בין הצפון לרומי משיך בון השולחן והמנורה לחוץ ושלשתן היו מונחים משליש ההיכל ולפניהם כנגד הפרוכת המבריל בין קרש ובין

ARA *tibymiamatis*, cubitum unum longa lataque, fuit constituta in Sancto accurate inter septentrionem ac meridiem, protracta uero inter MENSAM atque CANDELABRVM foras. Atque haec TRIA stabant in parte tertia Sanctuarii et in iorsum iuxta uelum, Sanctum a Sancto Sanctorum seiungens. Io-hann. Buxtorfius, filius, Maimonidis mentem in *Historia arcae foederis cap. V. p. 73.* uersione sua minus bene expressit: Omnia autem tria sita erant a trionali seu tertia parte templi et INTERIORIS ADYTI ex opposito ueli. Tantum enim abest, ut uoce **לפניהם** adytum interius exprimatur, ut ea potius indicetur, quaenam Sancti pars tertia hic sit intelligenda. Nec probari possunt, quae Io. Lightfoot de situ huius altaris in *Descriptione Templi Hierosolymitani Tom. I. opp. p. 586. Section. VI.* uerbis tam *Gemarae*, antea prolatae, quam Maimonidis haud recte intellectis, commemorauit: Candelabrum erat ad latus unum aedis, mensa ad alterum, altare in medio, non exacte quidem inter mensam et candelabrum, sed PAVLO PROPIVS ADYTO quam illa. Haec tria ornamenta ac supellectilia Sanctuarii erant posita in tertia parte domus: hoc est cum domus (significatur Sanctuarium) esset quadraginta cubitos longa, ei qui ambulauerit (a) uiginti sex cubitos et duas tertias cubiti partes intra aedem, occurrebat (primum) MENSA et CANDELABRVM,

ee

(a) Scilicet diuisis quadraginta sanctuarii cubitis per numerum 3, in tot enim partes illud a Maimonide diuiditur, cuilibet sanctuarii parti $\frac{1}{3}$ competent cubiti $13 + \frac{1}{3}$, adeoque $13 \frac{1}{3} \times 2 \frac{2}{3}$ assignabuntur cubiti $26 + \frac{2}{3}$

et PAVLO VLTERIVS VERSVS VELVM stabant hoc ALTARE. Siquidem Maimon una cum Talmude testatur, non altare thymiamatis sed candelabrum atque mensam adyto paullo propiora fuisse, adeoque altare illud sacerdoti ingredienti primum occurrisse. Quod et amplius ex Maimonidis tractatu adducto eiusque Cap. I. §. 7. confirmari potest, ubi docet: המנורה בדורות משמאל הנקנס ושולחן מימין: שעליו לחם הפנים ושניהם בצד קרש הקדושים מבחוֹץ ומזבח הקטורת משוך מבין שניהם לחוץ *In plaga australi a sinistra manu introeuntis erat candelabrum, et mensa, cui panes propositionis imponebantur, a dextra, eaque duo stabant iuxta Sanctissimum extrinsecus; sed ALTARE suffimenti, inter utrumque intercedens, protractum erat FORAS.* Non enim dicitur, altare aureum *לפניהם introrsum* ac uersus uelum Sanctissimi atque occidentem, sed *לחוץ foras* ac uersus orientem adeoque ianuam Sancti paululum fuisse conuersum. Haec lucem foenerantur non solum illis, quae idem Autor I. c. subiungit: מזבח לקטורת ומנורה ושולחן ושלושתן: בתוכה הקורש *ALTARE suffituz, candelabrum et mensa, haec tria fuerunt in SANCTO coram SANCTISSIMO;* Sed etiam, quae in *Hilcotb Abbodath Iom Kippurim cap. III. §. 5.* de situ altaris aurei exponit: ואחר כך מערב שני הרמים רם הפר ורם השער ומזרח משנייהם ארבע הזויות על ארבע קרנות מזבח זהוב שבהיכל ושבע הזויות על אמצעא של *Deinde commiscebatur utrumque sanguinem, scilicet iuueni atque birci, et spargebat de utroque quater super quatuor cornua ALTARIS aurei, in SANCTO obuii, et septies super altaris buius medium.*

§. VIII.

Audiendus quoque est Flavius Iosephus, qui *Antiquitat. Iudaic. Libr. III. cap. VII. p. 74.* altare aureum eodem templo loco ac inter candelebrum mensamque ponit: ἐπὶ ταύτης (τραπέζῃς) ἐτίθετο γάρ ἐν τῷ νεῷ τετραμμένη πρὸς ἄρκτους πόρρω τῷ μυχῷ διετίθεσαν δὲ ἀρταῖς δώδεκα ἀγγύματα κ. τ. λ. κατὰ

κατὰ πρόσωπον δὲ τράπεζης, τῷ πρὸς μεσημβρίαν τετραμένῳ τοίχῳ πλησίον ἵσταται λυχνία η. τ. λ. μεταξὺ δὲ αὐτῆς καὶ τῆς τράπεζης ἔνδον θυμιατήγειον ξύλινον. *Huic (mensae), collocabatur enim in Sancto ad aquilonem conuersa non procul ab adyto, duodecim panes azymos imponebant etc. Ex aduerso mensae uero candelabrum prope parietem meridionalem constituebatur etc. Inter hoc autem arque MENSAM intercedebat ALTARE tibymiamatis lignum.* Cum his conueniunt, quae *Libr. VIII. cap. 2. p. 235.* repetit: τὴν δὲ λυχνίαν καὶ τὴν τράπεζαν καὶ τὸν θωμὸν τὸν χεύσεον ἔξησαν ἐν τῷ ναῷ πρὸ τῆς ἀδύτου Candelabrum atque mensam et ALTARE aureum posuerunt in Sancto ANTE ADYTVM. Nec aliena sunt quae de Bell. Iudaic. *Libr. VI. cap. 14. p. 842.* commemorat: καὶ τὸ μὲν πρῶτον μέρος η. τ. λ. εἶχεν ἐν αὐτῷ τέλα θυμασιώτατα καὶ περιβόητα πᾶσιν αὐθρώποις ἕργα, λυχνίαν, τράπεζαν, θυμιατήγειον. Et prima quidem (templi) pars etc. continuuit tria miranda et omnibus hominibus praedicanda opera, nempe candelabrum, mensam et ALTARE suffimenti.

§. IX.

Videretur quidem altare aureum in Sanctissimo collandum esse, quia in pandectis Talmudicis alibique saepius vocari solet, quod ex *Iom. fol. 59 A. post init.* apparel: מזבח פנימי סבר סביב רמזבח פנימי כסביב רמזבח החריצין *Dominus statuit: τὸ altaris INTERIORIS (Raschi, scriptum enim Leuitic. VIII. 15. de eo: super cornua altaris circum quaque) explicari debet sicut τὸ altaris EXTERIORIS.* Quia uero altare interius exteriori, quod extra Sanctum existit, opponitur, intelligitur, quod illius respectu altare aureum, in Sancto ipso collocatum, interius dicatur. Confirmari hoc potest ex ipsa Mischna, ad quam uerba illa Gemarae spectant, siquidem illa *fol. 58. B.* dicit, summum pontificem, e Sanctissimo egressum, super quatuor altaris aurei cornua de sanguine commixto dedisse. Iuuabit quoque proferre τὸ Raschi testimonium, ad *Iom. fol. 45. B. in med. appositum:* והוא מזבח הפנימי הסמוך לטנורה ולפני

לפניהם Et hoc est ALTARE INTERIUS, quod CANDELABRO atque ADYTO fuit propinquum.

§. X.

Aktari thymiamatis ita e Sanctissimo remoto, Ioh. Buxtorfius fil. thuribulum aureum in Epistol. Ebr. intelligendum esse affirmat in Historia arcae foederis, idque Cap. V. p. 76. his uerbis: Probabilius itaque dici fortassis potest, PECVLIARE aliquod fuisse AVREVM in eum finem et usum destinatum, ut cum eo sacerdos summus quotannis in die expiationum ingrediatur in Sanctum Sanctorum. Et de hoc dicere Apostolum, quod Sanctum Sanctorum habuerit thuribulum; non quod in eo fuerit inclusum et conseruatum etc. sed quod huic usui peculiariter inseruiret, ut eo summus sacerdos in Sancto Sanctorum adoleret. Ab hac sententia non alienus est B. August. Pfeifferus in Dub. Veniat. ad Exod. XXX. 6. caeterum, inquiens, rectius dicitur Sanctum Sanctorum habuisse THVRIBVLVM AVREVM (peculiare nimirum et ab altero ARGENTEO, QVOCVM QVOTIDIANIS VFFITVS siebant, distinctum) scilicet non perpetuo, sed ad tempus, tum nimirum, quando inferebatur; uel si mauis, non inclusione uel afferuatione, uerum destinatione ad adytum.

§. XI.

Vt Pontifex maximus expiationis die thuribulo quodam ad suffendum in Sanctissimo uteretur, lex diuina Leuitic. XVI. 12. praecepit; non uero determinauit, num illud aureum an argenteum esset. Hinc in Additionibus Iom. Tobh לא של כסף ולא של זהב annotatur: כתיב בთורת Neque ARGENTEVM neque AVREVM thuribulum in lege scriptum est. Aureum uero thuribulum fuisse, erudimur ex traditione Ebraeorum, quam Mischna in Ioma cap. IV. θ. 4 exhibet: בכל יום היה חותה בשל כסף ומערה בתוכו של זהב (רש"י) כשותפה גחלים ממערכת שנייה של קטורת להכניס על המזבח הפנימית לקטורת שחריות וערבית) והיום חותה בשל זהב ובת היה

הוה **טכנים** **Quolibet die** (Raschi: quando prunas promsit ex secundo lignorum ordine suffitus gratia dispositorum, ut illas inferret ad suffisum matutinum et uesternum peragendum) sumfit (prunas) **THVRIBVLO ARGENTEO**, easque euacuavit (b) in (*tburibulum*) **AVREVM**: *Hoc uero die* (scilicet, expiations) *ipso tburibulo AVREO* (prunas) cepit, illudque intulit. In **GEMARA** fol. 44. B lln. 23. ad eam *Mischnam* ratio huius rei exponitur: **רכ' ג' מ' ט' מש' ח' חולש'** Cur (ipso *tburibulo* aureo sumfit hodie prunas)? Resp. propter debilitatem sacerdotis M. (quam sibi ieunio contrabebat). In haec uerba Raschi commentatur: **כלוֹן שׁוֹרֵחַ הוּא לְעָרוֹת מְכֻלִּי אֶל כְּלֵי** *Quia molestia est* (prunas) *ex uno uase in aliud euacuandi*. Cum *Mischna* modo ad ducta Maimon in *Hilcot Abodath Iom Kippurim* cap. II. §. 5. concordat: **בְּכָל יוֹם מֵ שִׁזְכָּה בְּמַחְתָּה חֹותָה בְּמַחְתָּה** *shel ksf* וּמַעֲרָה *haesh* *l'machtha shel zohb* וּמַחְתָּה *chotah* *shel kholol* *l'machtha shel zohb* וּבָה *nken* *l'hikl* *shel* **לִיְגַעַו בְּתוֹסְפַת עֲבוֹרָה** *Quotidie is, cui tburibulum obtigit, ARGENTEO tburibulo (carbones) ignitos sustulit, eosque tburibulo AVREO indidit; hoc autem die pontifex maximus tburibulo AVREO (prunas) sumfit, cum quo in templum ingressus est, ne aucto labore defatigaretur.*

§. XII.

Intelligimus iam non solo expiationis sed reliquis etiam diebus *tburibulum* quoddam *aureum*, quo prunae super altare aureum sunt illatae, usurpatum fuisse; quod autem hocce *thuribulum* aureum, cuius ope summus sacerdos suffitum expiationis die in Sanctissimo fecit, a reliquis *thuribulis*, usui quotidiano destinatis, distinctum fuerit, monumenta quoque antiquitatis Ebraeae nos edocent. In eo quidem conuenerunt *thuribulum* aureum festi expiationis et cuiuslibet diei, quod utrumque *tres cabos* ceperit, teste

(b) Sic *thuribulo argenteo* suffitus quotidiani non siebant, quod tamen Pfeifferus uerbisantea §. X. allatis affirmat.

בכל יום חותה בשל קבין ומערה בתוך של שלשת קבין והיום חותה בשל שלשת קבין ובכה היה מכניס ר' יוסי אומר בכל יום חותה בשל סאה ומערה בתוך של שלשת קבין סינוס והיום חותה בשל שלשת קבין ובכה היה מכניס. *Mischna in Ioma cap. IV. θ. 4.*

gulis diebus (prunas) sumebat thuribulo (argenteo), QVATVOR cabos continente, quod euacuabat in thuribulum (aureum) TRIVM caborum; hoc autem die (nempe expiationis, summus sacerdos) ipso thuribulo (aureo), TRES cabos capiente, (prunas) sustulit, quod intulit. R. Iose uero dicit: quotidie thuribulo, satum capiente, prunas depromsit, illudque in thuribulum TRIVM caborum euacuauit; sed bodie thuribulo, TRES cabos continente, prunas sumfit, cum quo intravit. Ab his non aliena sunt, quae in Sipbra Sectione cap. III. column. B. fol. 168. editionis Venetae, commentario, קרבן אהרון קרבן מות אחרי מות cap. III. column. B. fol. 168. editionis Venetae, commentario, אהרון קרבן dicto, instructae ad uerba Leuitic. XVI. annotantur.

§. XIII.

Differentia uero utriusque thuribuli aurei in *Ioma* l. c. statim subiungitur. Primo scilicet thuribulum aureum Sanctissimi a quotidiano leuitate differebat, iuxta uerba Mischnae: **בכל יום הייתה כבורה והיום קללה**. *Thuribulum quotidianum fuit GRAVE; illud uero, quo summus sacerdos expiations die utebatur, LEVE.* Rationem huius leuitatis Bartenura ad uerba prolata indicat: **כבורה שהיה רופנה עבה** *Thuribulum cuiuslibet diei erat GRAVE, n. p. propter laminae densitatem; hoc autem LEVE, ob laminae tenuitatem.* Conuenit omnino haec explicatio cum Gemara tractatus *Ioma*, in qua fol. 44. fac. B. lin. 29. ad Mischnam adductam eadem causa suppeditatur: **בכל יום הייתה גלאה עבה (פרשי רופנה עבה לכך הייתה כבורה)** *thuribulum quotidie usurpatum constitit ex LAMINA DENSA (Rashi, adeoque fuit GRAVE); bodiernum autem ex LAMINA TENUI.*

Nec

Nec a Mischna, iam iam communicata, Maimon in *Hilcot Abbodatb Iom Kippurim cap. II. §. 8.* dissentit: וכן מחתה של כל יום מחוקת ארבעה קבין ושל يوم שלישי Sic quoque *tburibulum cuiuslibet diei cepit quatuor cabos, buius uero diei tres cabos: illud fuit GRAVE, hoc LEVE*

§ XIV.

Videretur uero Maimon sibi ipsi non constare, quoniam in sequenti Cap. IV. §. i. thuribulo Sanctissimi, grauitatem attribuit: היה מן הרין שיליך המחתה בשמאלו וכף הקטורת בימינו אבל מפני כובר המחתה ועוד שהיה חמה אין יכול לסובלה בשמאלו עד הארון לפיקר נטל המחתה בימינו וכף הקטורת בשמאלו ומחרך בהיכל עד שהוא מניע *Iure debuisset tburibulum (aureum) manu sinistra, coclear uero suffimenti dextra portare; sed quia tburibulum GRAVE fuit itemque calidum, non potuit hoc ea usque ad arcam inferre: itaque manu dextra tburibulum, coclear, tbymiamate instructum, sinistra sumvit, et per Sanctum transiit donec ad Sanctissimum peruenit.* Attamen quod thuribulum huius festi et leue et graue fuerit, recte, diuerso tamen respectu adeoque sine contradictione, asseritur: *Leue enim illud dicitur, respectu thuribili quotidiani, quod graue fuit.* Ipse Maimon hanc comparationem instituit in *commentatione, Mischnae* antea prolatae adiecta: ולא היו מצריין אותו ביום צום כיפור לערות אש מחתה לאחרת כדי שלא יגע כז' ושלא יוסף בעמלו אלא באותה עצמה שהוא חותה האש מן המזבח וקלה היה כנגד המחתה של כל יום יומם Non cogebant sacerdotem summum ieunii festo, expiationi destinato, ut ignem ex

thuribulo in aliud euacuaret, ne ipse defatigaretur, neque molestia eius augeretur; sed eodem thuribulo carbones ignitos ex altari sumfit, quod RESPECTV THVRIBVL I quotidiani LEVIVS fuit. Gravitatem contra thuribulo huic aureo respectu cochlearis, quo thymiana in adytum inferebatur, tribuit Maimon: quare thuribulum dextra, cochlear sinistra portauit. Contradictionem hanc ita tollendam esse, confirmamus ex Bartenu-
רָתָא, qui ad *Ioma Cap. V. θ. 1.* annotauit: נטל את המחתה בימינו לפי שהיה כבודה וחמה וכף הקטרת קללה. בימינו לפי הייתה כבודה וחמה וכף הקטרת קללה. *Tiburibulum dextra sumebat, quia GRAVE et calidum, cochlear uero IPSO LEVIVS erat: itaque THVRIBVLVM manu DEXTRA, COCHLEAR autem SINISTRA gestabat.*

§. XV.

Secunda differentia thuribuli aurei Sanctissimo destinati ac quotidiani in *Mischna* laudata exponitur hoc modo: בכל יומם היה תיריבולו קצרה והוא אורך מאנבריו בrevi, bodiernum uero longo fuit instrumentum. Discrimen hoc non solum explicatur sed ipsius quoque ratio in *Talmude Hierosolymitano* ad uerba Mischnae adducta fol. 41. fac. B. circa fin. indicatur: בכל יומם לא היה מורה (פ' קצרה) והוא היה בה אמתה מה שתהא הזרוע מסיימתansa quotidiani tburibuli non erat INTEGRVM CUBITVM longa; sed ansa buius longa fuit CUBITVM ET DIMIDIVM, ut ipsa (summi sacerdotis) bracgium adiuuaret. Eadem causa in *Talmude Babylonico* ad Mischnam modo nominatam fol. 44. fac. B. lin. 30. allegatur: בכל יומם היה קצרה והוא אורך מאי טעמא כרי שתהא זרועו של כהן גROL מסיימתו *Tiburibulum quotidianum breui, bodiernum longo manubrio praeditum erat. Quare? ut pontificis maximi bracium suffulciretur. Quam Gemarae rationem amplexus est Maimon in Ioma IV. θ. 4. commen-*
tatus:

tatus : וַיְהִי אֶרְוֹכָה כְּרוּ שִׁיקָּל מִשָּׁא' Ansa bulus thuribuli fuit LONGA, quo illud FACILIVS PORTARI posset (a summo sacerdote). Huc quoque pertinent quae idem Author in Hilcotb Abbodbatb Iom Kippurim cap. II. §. 8. refert: וּבְכָל יוֹם יְדָה קָצְרָה וְחַיּוֹם אֶרְוֹכָה כְּרוּ לְהַקְלָל עַל כֵּן Tburibulum cuiuslibet diei babuit manubrium breue, buius uero diei instructum erat ansa LONGA, quae onus levaret, quo minus pontifex maximus defatigaretur. Ansam quidem huius thuribili ideo longam fuisse, ut summus sacerdos illud in brachium suspendere posset, Ioh. Lundius in Iudisch. Heiligib. p. 1033. arbitratur : Dis Feuer - Faß war vom andern Feuer - Fässern, die täglich gebraucht wurden, sehr unterschieden. Denn etc. Es hatte auch einen längern Handgriff, als die täglich gebraucht wurden, daß er selbiges, wenn es nȫtig war, über den Armbengen kunte. Welches alles geschehe, um dem Hoben - Priester die große Mübe, so er diesen Tag batte, etwas erträglicher und leichter zu machen. Ipsi uero aduersantur, quae Raschi ad Mischnam saepius nominatam Ioma fol. 43. fac. B. in med. annotauit : וְחַיּוֹם אֶרְוֹכָה כְּרוּ שִׁיטָן יְדוֹ לְמִטָּה מְזֻרוּעַ וְתַהֲא מְסִיעָתוֹ Manubrium thuribili (Sanctissimo destinati) erat LONGVM, ut (summus sacerdos) illud BRACHIO suo SUBDERE posset eoque suffulciretur. Quod et R. Ascher testatur, cuius uerba in sequentibus §. XX. alia occasione in medium proferemus.

§. XVI.

Longitudini ansae, qua thuribulum Sanctissimi praeditum fuit, illico aliud discrimen in Talmude Babylonico laudati tractatus Ioma fol. 44. B. lin. 32. subnectitur, idque sequens : בְּכָל יוֹם לֹא הָיָה נַיאשְׁתִּיק וְחַיּוֹם הָיָה לְהָ נַיאשְׁתִּיק tburibulum cuiuslibet die non babuit; sed ibi נַיאשְׁתִּיק ribulo buius diei fuit. Raschi per uocem נַיאשְׁתִּיק nulum quendam intelligendum esse putat, sic enim in eam l. c. commentatur : נַיאשְׁתִּיק טְבַעַת בְּרָאשֵׁי שְׁמָקְשָׁקָשׁ נַיאשְׁתִּיק וּמְשָׁמִי קֹול מִשּׁוֹ וּנְשָׁמָע קֹלוֹ בְּבָאוֹ וְגֹא fuit

fuit ANNVLVS in summitate eius, quo (summus sacerdos) tinni-
 uit sonumque edidit, quia Exod. XXVIII. 35. dicitur: ut audiatur
 sonus ipsius, quem ingreditur etc. Sententia τὸς Raschi in Tosaf-
 pborb quoque l.c. hoc modo affertur: בְּרֵשִׁי טבָעַת לְהַשְׁמִיעַ
 קֹל כְּרֻכְתִּיב וּנְשָׁמֵעַ קָוְלוֹ בְּבָאוֹ אֶל הַקְרָשָׁה
 Raschi τὸν נִאשְׁתִּיק explicat per ANNVLVM tinnientem. Sicuti
 scriptum est: et audiatur sonus eius, quando Sanctum intrat. A-
 mente Raschii remotissima uidetur Ioh. Buxtorfii, patris,
 explicatio, quam in Lexic. Talmudico ad uocem נִאשְׁתִּיק appo-
 posuit: נִאשְׁתִּיק cbirotheca, iuxta quosdam: uel annulus tinnu-
 lus, tintinnabulum, quod SACERDOS IN CAPITE gestauit, ut
 eius aduentus exaudiri posset, ut R. Salomon uult etc. R. Salomo-
 nis explicatio nititur loco Exod. XXVIII. 35. Annulus enim hic
 non summo sacerdoti sed potius thuribulo Sanctissimi attri-
 buitur, adeoque vox minime reddi debet: in capite
 eius, scilicet pontificis maximi. Interpretatione Raschiana in
 Tosaphoth adducta, ibidem, in Talmude Hierosolymitano נִרְתָּק
 ובירושלמי גרסיא נרתק שלא pro נִאשְׁתִּיק legi, obseruatur:
 יכווח ונראה לרי' בא כעין נרתק של עור היה
 עשוי סביב יודה של מתחת לאחוז בה שלא
 יכווח משום רכל כלי מתקות חם מקצתו חם
 יכול לפיך היה ציריך היום נרתק יותר מבשר
 ימים לפי שהוא הגחלים שוהים מתחת זמן מרובה
 עד שהיה חמה הרבה ושוב מוציא שהיה אחת
 מה עבירות יצא כפ ומתחתה. In Talmude Hiero-
 lymitano legitur THECA, quae impediuit, quo minus ponti-
 fices maximi manus ureretur. Et uidetur τῷ instar THE-
 CAE CORIACEAE CIRCA THVRIBVLI MANVBRIVM
 factam suisse, ut summus sacerdos illud apprebendere potuerit, ne
 adu-

adureretur: Nam omne uas metallicum ex parte calefactum, incandescit quoque totum. Quare bodie ibeca magis necessaria fuit, quam reliquis diebus: quia prunae thuribulo multum temporis immoratae sunt, donec illud admodum caluerit, et tum fuit elatum. Nam e-ductio thuribuli atque coclearis pertinet ad ministeria illa (expia-tionis die) peragenda.

§. XVII.

Verba Talmudis Hierosolymitani, ad quae in *Tosaphoth* respi-citur, inueniuntur in *Gemara* tractatus *Ioma* fol. 41. fac. B. בְּכָל יוֹם לֹא הִיה בָּהּ נְרֻתִּיק וְהַיּוֹם הִיה ita concepta: *Manubrium thuribuli quotidiani nullo tegumento* fuit obductum; *ansa uero buius diei THECAM* habuit, ut ne pontificis maximi manus calore laederetur. Hac occa-sione ^{תְּזֵבֶת} quoque expositio, iam in §. praecedenti ex *Tosaphoth* a nobis adducta, l. c. in commentario marginali exhibetur, ita tamen ut uerba eius ultima sic immutata proponantur: לפִי שְׁהִיּוּם הִיּוּ גְּחִלִּים שְׁוֹהִים הַרְבָּה בְּמַחְתָּה עֲרֵן שְׁנַתְחַמֵּם גַּם בֵּית יְרוּם Quia carbones ~~bos~~ die tamdiu in thuribulo manserunt, donec MANUBRIVM quoque ipsius INCALVERIT. Vocem נְשַׁתְקָה tegumentum denotare, obseruatur in Lexico, Aruch dicto, edit. Venet., ubi ad vocem בסופּ גְּמָרָא דְּפָרָק טְרָף בְּקָלְפִי בְּכָל: נְשַׁתְקָה annotatur: יְוַסֵּס לֹא הִיה נְשַׁתְקָה הַיּוֹם הִיה לָהּ נְשַׁתְקָה פִּירּוֹשָׁה כְּסֹוי כְּרָאָמָר בְּפְרַשְׁת ו' בְּבְרָאשָׁה רְבָה לְעִתִּיד לְבָא הַקְּבָה מְעֻרְטָלוֹ (c) מְנֻשְׁתָּקוֹן Circa finem Gemarae capititis IV. tractatus *Ioma*, quod incipit; succussabat urnam, (fol. 44. B.) legitur: Thuribulo quotidiano non fuit נְשַׁתְקָה; acerra uero buius diei habuit נְשַׁתְקָה i. e. TEGVMENTVM (n. p. manubrii).

C

Sicu-

(c) In Sepher Rabboth legitur מְנֻשְׁתָּקוֹן מְנֻרְתִּיקוֹ. Conferri quoque potest Buxtorfius ad נְרַת in Lexic. Talmud., ubi eadem uerba ex Bereschitb Rabba adduxit.

Sic uici in Bereschitb Rabba Sectione VI. dicitur: eueniet, ut Deus sanctus benedictus eum (scilicet solem) nudet ex sua THECA. Hinc quoque in eodem Lexico uox נרתק (quam suo loco uide) per גمرا רפ' מי שאחו לכתצתא נשתתק explicatur: חמה מנרתקה פ' מנותיקת התנן בכל يوم לא היה In fine Gemarae capit. VII. tractatus Gittin, quod incipit: quem ceperit, fol. 76. B. docetur: Quando sol egreditur e THECA sua i. e. TEGUMENTO suo (sive, quando sol oritur). Nam ecce docemus (in Ioma fol. 44. B.): tburibulum quotidianum nullum habuit TEGUMENTVM.

§. XVIII.

Iam intelligemus, quid de Ioh. Buxtorfii, patris, uersione sentiendum sit, qui uocabulum נאשטיק (quod ipsum evoluatur) in Lexico suo Talmudico, per chirothecam explicat. Sic enim ibi scribit: נאשטיק CHIROTHECA iuxta quosdam: uel annulus etc. Hinc נאשטיק Quouis die non erat ei (sacerdoti) CHIROTHECA, sed hoc die erat ipsi CHIROTHECA, scilicet, AEREA, ut tractare uasa calida uel ignita posset, ne manum adureret, Iom. fol. 44. B. Primo enim in loco Talmudico allato non legitur לוי, sed לה, cum suffixo foeminini generis, hoc certe non ad ipsum sacerdotem summum, sed ad מהתה acer-ram referri debet. Quod et contextus comprobat, quandoquidem ibi ea de thuribulo Sanctissimi praedicantur, quibus ab acerra cuiuslibet diei distinctum fuerit: inter haec simul numeratur, ansam illius habuisse ibecam. In Gemara quidem materia thecae non exprimitur, eam uero ex pelle, non autem ex aere, constitisse ריבא autumat, quae efficerit, ut pontifex maximus, hanc acerram, non autem alia uasa calefacta, manu tractare posset. Seduxerunt fortassis celeberrimum Philologum uocabula, יד manum, et בית יד chirothecam, alias denotantia. Hic uero יד non proprio ma-

num

רַבָּא ^{תג} num sed manubrium significat; quod interpretatio ^{תג} antea ex Tosaphoth adducta euincit, in qua dicitur, tegumentum illud fuisse factum ^{circa} מחתה ^{של} סכיב יורה ^{ביה} manum eius, nempe thuribuli. Sic quoque ^{ביה} יר, quia de thuribulo praedicatur, chirothecam proprie dictam minime notare potest. Nec chirotheca thuribuli impropria h. l. admitti poterit, quia in commentario marginali Talmudis Hierosolym. l. c. ex mente ^{תג} רַבָּא asseritur, thecam illam manubrii hoc die necessariam fuisse, quia prunae multum temporis in thuribulo manserint, donec et ^{ביה} יר h. e. manubrium incaluerit. In §. sequenti ex Tosaphoth quoque percipiemus, quod כרתק נבקע לביות יר ea theca manubrio fuerit affixa. Sin iuxta Buxtorfium chirotheca summi sacerdotis intelligetur, concipi non posset, quomodo ille thuribulum chirotheca aerea tractare potuerit. Et si hoc non repugnaret, attamen, manubrio calefacto, calor pontificis quoque chirothecam aereum penetrasset, quo minus ea thuribulum tractare potuerit.

§. XIX.

Sic tegumentum, quo thuribuli ansa circumdata fuit, inter hanc atque summi pontificis manum intercessit: hinc quaeritur in Talmude Hierosolymitano, an theca illa inter utrumque interstitium aliquod constituerit! Quodque negatur iuxta ea, quae in Tosaphotb ad Ioma fol. 44. B. ex illo apponuntur: ופירות בירושלמי ואינו הוצץ ומשני קובעו במסמר כלומר על ירי מסמרין היה נבקע אותו כרתק לביות יר שיווה בטל ויחשב כגוף המחתה. Obiicitur in Talmude Hierosolymitano: nonne separauit theca manum summi sacerdotis ab ansa thuribuli? Et respondeatur, ea affixa fuit clavo. Quasi diceret: ope CLAVORVM illa THECA MANVBRIO affigebatur, ut ipsa irrita esset, et, ac si ad ipsum thuribulum pertineret, putaretur. Verba illa in Talmudis nominati tractatu Ioma fol. 41. B. ita leguntur:

וְאִינוֹ חָצֵץ אֶרְדּוֹן יַסְדִּי קַוְבָּעַ בְּמַסְמָרָה Sed nonne *tbeca manum pontificis maximi a manubrio seiunxit!* Resp. R. Iose dixit: *affixa fuit clavo.* Apparet ex his quoque, quod per נַשְׁתִּיקָה *cbirotheca aerea summi sacerdotis*, ut Buxtorfius existimauit, intelligi nequeat: Sequeretur enim, illam ipsius manui clavis fuisse affixam, quod ei magnum certe dolorem excitatasset.

§. XX.

Tandem thuribulum Sanctissimi ex *auro alio* constitisse, in *Miscbna tractatus Ioma, capit. IV. θ. 4.* perhibetur: **בְּכָל יוֹם חַיָּה זָהָב יְרוֹק וְחוּם אֲרוֹם רְבָרִי ר' מְנַחַם Aurum *tburibuli quotidiani VIRIDE*, buius autem diei RVFVM fuisse, afferuit R. Menachem. Occasione horum uerborum uaria auri genera in *Gemara fol. 44. B. lin. 34.* recensentur: **אמ' רב:** חַסְדָּא ז' זָהָבים הַזָּהָב זָהָב טֻוב זָהָב אוֹ אָופִיר זָהָב מָפָז זָהָב שְׁחוֹת זָהָב סְגֻור זָהָב פְּרוּיסָה. זָהָב זָהָב טֻוב רְכַת' זָהָב הָאָרֶץ הַתִּי' טֻוב. זָהָב אָופִיר דָּאָתִי מָאָופִיר. זָהָב מָפָז שְׁרוּמָה לְפָז. זָהָב שְׁחוֹת שְׁנָטוֹת כְּחוֹט. זָהָב סְגֻור בְּשָׁעה שְׁנָפְתָח כָּל הַחֲנוּוֹת נְסָגָרוֹת. זָהָב פְּרוּסָה שְׁרוּמָה **לְרַם הַפְּרוּסָה.** R. Chasda dixit: SEPTEM sunt auri genera, aurum, aurum bonum, aurum opbir, aurum mupas, aurum scabchutb, aurum sagur, aurum paruaium. Datur (1) aurum (2) et aurum BONVM, nam Genes. II. 2. scriptum est: et aurum istius terrae BONVM (Raschi, סתמא זָהָב סְתִמָּא) **מְכָלֵל** דָּאָיכָא זָהָב Exinde sequitur, quodque fuerit aurum fine ADDITO nominatum): (3) aurum opbir, quod uenit ex Opbir: (4) aurum mupas, quod simile fuit מצהיב (Raschi, נְמַרְגָּלוּ) fulgit ut margarita): (5) aurum**

מפני שהוא רך (Raschi, quia illud tene fuit) : (6) aurum sagur ; ea enim hora, qua hoc unum exponebatur, omnes officinae cludebantur : (7) aurum PARVUM, quod simile fuit SANGVINI iuuencornm. Ex hoc auro, parvum appellato, thuribulum Sanctissimi confectum fuisse, docet Baraita, quae statim fol. 45. fac. A. lin. 4. subiungitur : תניא נמי הכהן (פירש ר' חי רעל שם שרוונה) במל לרים הפרוים נקרא זהב פרוים ברברוי הימים (בכל יום היה זהבה ירוק והיום אروم והיינו זהב פרוים). שרוונה לרים הפרוים *Traditio etiam sic est* (Raschi, n. p. quod, quia sanguini iuuencorum simile fuit, in Libr. Chronicor. aurum nominetur) : Quolibet die aurum (thuribuli) fuit VIRE, hoc autem die RUBRVM, et hoc est aurum, quod iuuencorum SANGVINI non dissimile fuit. Eadem explicatio in Talmude Hierosolymitano tractat. Iom fol. 41. B. ad uerba זהב פרוים ר' שמעון בן לקיש אמר ארום רומה פרוים inuenitur : R. Simeon filius τζ Lakiscb dixit : est aurum rubrum, iuuenci sanguini simile. Haec sunt, quae de thuribuli aurei Sanctissimo consecrati ac quotidiani differentia in Mischna atque Gemara traduntur, eaque coniunctim R. Ascher ad Iom fol. 41. fac. B. col. 2. commemorat : ונטל מהתה מזוהב ארום מחזקת שלשת קבין והיתה רקה והיה לה בית יד ארוך שmagius תחת זרועו כרי שתהא זרועו מסיעתו והיה לה נישток ופירוש ר' חי טבעת שישמע קולו בכואו ורבינו חננאל פירש נרתק שהיה לה כמו נרתיק שלא יכול היה כשהיא מתחממת מן הגחלוּס *Sumfit thuribulum (1) ex AVRO RUBRO confectum, quod tres cabos continebat : (2) fuit illud TENVE (ad eoque LEVE) (3) babuit etiam בית יד ארון MANVBRIVM LONGVM, quod ad brachium usque infra pertigit, ut hoc adiuuaret : (4)*

porro ipsi fuit נישתוק . , i. e., Rascbi explicante, annulus , quo summus sacerdos ingressurus sonum ederet. R. CHANANEL uero נASHTK explicat per נרתק , quod thuribuli (ansae) fuerit instar THECAE , ne pontifex maximus , thuribulo a prunis calefacto , ureretur.

§. XXI.

Constat itaque , peculiare thuribulum aureum Sanctissimo fuisse destinatum , quod merito Θυμιατήριον Sanctissimi nominari potest. Quemadmodum uero illud Sanctissimo fuit consecratum , ita quoque a summo sacerdote in Sanctissimum expiationis die inferri debebat , ut diuino mandato responderet , quod Leuitic. XVI. 12. literis consignatum

ולקח מלא המחתה גחלוי אש מעל המזבח legitur : מלבני יוזוה ומלא חפניו קטרת סמים רקה וhubia Et sumat pleno THVRIBVLO carbones candentes ex altari a conspectu lebouae , plenisque pugillis suis ibymiamam aromatum tenue , et inferat intra uelum i. e. in Sanctissimum.

Cum Scriptura S. concordat Mischba in Ioma cap. V. 8. i. נטל : את המחתה בימינו ואת הכהן בשמאלו היה מהלך בהיכל עד שמניע לבין שני הפרוכות המברילות בין הקרש ובין קדש הקרשים וכו' מהלך ביןיהם עד שמניע לצפון הגיע לצפון הופר פניו לדורם מהלך לשמאלו עם הפרכת עד שהוא מגיע לארון הגיע לארון נתן את המחתה בין שני הברים צבר את הקטרת על גבי כל בית כלו עשן יצא וכו'

Sumebat manu dextra THVRIBVLVM , sinistra coclear , in sanctuario ibat donec peruerenerat inter duo uela , Sanctum a Sanctissimo secernentia etc. Intra haec ad septentrionem progressus uertebat faciem suam uersus meridiem , et ibat , ita ut manus eius sinistra prope uelum esset , donec arcam contingebat. Cum ad arcam accessisset , THVRIBVLVM INTER DVOS ARCAE VECTES PONEBAT , suffimentum super prunas congerebat , et tota domus implebatur fumo.

Quo

Quo facto existit etc. Maimon eadem in *Hilcoth Abodath Yom Kippurim cap. IV.* §. i. commemorat: וזהן בזיכר עד שזיכר הקדושים מצא הפרוכת פרופה נכנס לדור הקדושים עד שהוא מניע לארון הגיא לארון נתן המחתה בין שני הבדים ובבאות שני שלא היה ארון היה מניחה על אבן השתייה ואוחז שפת הכהן בראשי אצבעותיו או בשינו ומערה הקטרת בגורלו לתוך חפניו עד שמחזירם למלא חפניו כשהחיתה זו היא עבורה קשה שבמקרש וצובר את הקטרת על גבי הגללים בידו לפנים במחתה כרי שתייה הקטרת קרובת לארון ורחוקה מפניו שלא יכויה.

In Sanctuario iuit, donec ad Sanctissimum peruenit: uelum inuenit coniunctum et ingressus est in Sanctissimum, donec ad arcam accessit: ad arcam progressus collocavit THVRIBVLEM intra duos uestes; sed in templo secundo, in quo arca non fuit, posuit illud super lapidem, (d) nominatum: coclearis marginem apprebendit extremis digitis aut dentibus suis, ex quo pollice suo thymiamam intra pugillos suos euacuauit, donec illud in plenos pugillos, sicuti antea fuerat, reduxit, bocque ministerium fuit difficultissimum in templo: congesit manu sua suffimentum super prunis introrsum intra thuribulum, ita ut thymiamam arcae proprius esset, remotum uero a sua facie, quo minus adureretur.

§. XXII.

Hoc thuribulum, quo carbones candentes in Sanctissimum illati sunt, non debet confundi cum illo, cuius quoque *Mischna* eodem cap. V. θ. i. tractatus *Ioma* ab initio statim mentionem facit: והוא את הכהן והוא המחתה

D

(d) De hoc lapide conferatur *Mischna* in cap. V. θ. 2. tractatus *Ioma* et Ioh. Buxtorfius in *Lexic. Talmudico* ad radicem שטה p. 254.

המחתה וחפן מלא חפניו ונתן לתוך הכהן. *Eduxerunt ad pontificem maximum coclear atque THVRIBVLVM, ex quo (suffimentum) plenis pugillis sumfit, idque cocleari indidit.* Hoc enim thuribulum ab illo distinguendum esse, Gemara ad Mischnam, modo allegatam, in Ioma fol. 47. fac. A. lin. 5. dilucide planeque docet: *תנא ליה נטל את המחתה מחתה תנא ליה נטל את המחתה* עליה לראש המזבח וחותה ווורר התם המחתה רגנחים הכא מחתה רקטורת דתニア הוציאו לו כף ריקן מלשכת הכלים ומחתה גירושה של קטורת מלשכת בית אבטינס וחפן מלא חפניו וננתן *Iam capit. IV. θ. 3. de thuribulo dictum est: prebendebat THVRIBVLVM, ascendebat ad summitatem altaris (aerei), capiebat prunas, et descendebat. Resp. Ibi (cap. IV. θ. 3.) sermo est de THVRIBVLO PRVNARVM (in Sanctissimum inferendo); hoc autem loco (capit. V. θ. 1.) intelligitur THVRIBVLVM, SVFFIMENTO instructum.* (Raschi: *לחפן מהוב* quod ad summum sacerdotem attulerunt, ut ex eo pugillis suis suffimentum expromeret). Nam traditio est: extulerunt ad summum sacerdotem coclear uacuum e conlaui uasorum, et THVRIBVLVM, SVFFIMENTO cumulatum, e conlaui domus Abbtines, ex eo pugillis suis plenis thymiana sumebat, quod cocleari imponebat.

§. XXIII.

Prunarum θυμιατήριον in Sanctissimum expiationis die a summo pontifice illatum, in eo quidem sic reuera extitit, non tamen ibi usque ad sequentis anni festum, expiationi dicatum, permansit; sed potius eodem die a summo sacerdote, peractis peragendis, exinde fuit eductum. Quod Mischna in Ioma cap. VII. θ. 4. diserte testatur: קדרש ידיו: *קדשו ידו ופשט וורד וטבל ועלה נסתפג הכיאו לו ורגליו ופשט וורד וטבל ועלה נסתפג הכיאו לו בגד לבן ולבש וקדשו ידו ורגליו בגדים לחוציא את*

את הכהן ואת המחתה וכו' ונכנס להקטיר קטורת Lauabat manus pedesque suos, ac uestibus depositis descendebat, ut (corpus suum) ablueret, cum ascendebat seque abstergebat: afferebant ipsi uestes albas, quas induebat, et tam manus quam pedes lauabat: intrabat (in Sanctissimum), ut cocblear atque THVRIBVLVM (ibi relictum) EFFERRET etc. Ingrediebatur (in Sanctum) ut suffimentum uespertinum perageret ac lampades aptaret etc. Cum Mischna facit Maimon non solum in Hilcith Abbodath Iom Kippurim capit. IV. §. ultimo : בין העربים ומקירב תמייר של בין העARBIM ואחר כך מקדש ידיו ורגליו ופושט בגרוי זהב וטובל ולובש בגרוי לבן ומקדש ונכנס לקדש הקדושים ומוציא Oblato sacrificio iugi uespertino lauit manus et pedes suos, exuitque uestes aureas, et, corpore abluto, induit uestes albas, ac, manibus pedibusque denuo lotis, in Sanctissimum ingressus est, ut cocblear atque THVRIBVLVM illud exportaret. Sed etiam in Commentario ad tractatus Mischnici Kelim caput I. thes. 9. והוא יכנס בזה המקום ביום צום כיפר ר' פעמים הראשון בקטרת ויקטיר שם בקדש הקדושים כמו שבארנו במסכת יומא והפעם השנייה ברם הפר והפעם השלישי ברם השער והפעם רביעי יכנס להוציא את הכהן ואת המחתה מקדש הקדושים. In hunc locum (nempe Sanctissimum) ieiunit festo, expiationi destinato, (e) quater ingressus est: primum, cum iby miamate, ut ibi, scilicet, in Sanctissimo, suffiret, sicuti ad tractatum Ioma explicauit: secundo cum sanguine iuuenci: tertio cum sanguine birci: quarta uero uice intravit, ut cocblear atque THVRIBVLVM e SANCTISSIMO educeret.

§. XXIV.

Equidem in Scriptura Sacra nihil expresse de thuribuli e San-

(e) Quatuor hos ingressus Bartenura quoque ad l. c. commemorat.

Sanctissimo eductione praeceptum inuenimus; illam uero
 ex Leuitic. XVI. in Gemara tractatus Ioma fol. 32. A. lin. 3. (f)
 הִנֵּה רָבָן וּבָא אַהֲרֹן אֶל אֹוָהָל eliciunt hoc modo :
 לְמַה הוּא בָּא אִינּוּ בָּא אֶלְאָ לְהֹזִיא אֶת הַכְּפָר
 וְאֶת הַמְּחַתָּה Docuerunt Rabbini, quando Leuitic. XVI. dicitur:
 נִאמֵּר אַחֲרֵי ueniat Aaron in tentorium conuentus (Raschi :
 et ueniat Aaron in tentorium conuentus Praecipitur hoc per-
 acta suffitione atque sparstione sanguinis tam iuuenci quam birci).
 אל הַיִּכְלֵל הָרִי גָּמָר Quare (itaque iam) ingrediatur? (Raschi :
 עַבְרוֹתָיו nempe in templum? ecce enim sua ministeria absoluimus).
 Resp. non ueniat nisi ad cooblear atque THVRIBVLVM efferendum. Ra-
 shanich בין הברים כרכוב ונתן הקטרות על
 וגו' Quae in Sanctissimo intra uectes arcae collocauerat,
 sicuti Leuitic. XVI. scriptum est: et ponat suffimentum supra ignem
 etc. Ex iisdem Scripturae uerbis eductio thuribuli in Sipra
 fol. 185. B. colligitur: ובא אהרן אל אהל מוער. ולמה
 בָּא כְּדַי לְהֹזִיא אֶת הַכְּפָר וְאֶת הַמְּחַתָּה Veniat Aa-
 ron in tabernaculum conuentus: Quare ueniat? Resp. ut cooblear
 atque THVRIBVLVM e Sanctissimo exportet. Quamuis itaque hoc
 Θυμιατήγιον aureum in Sanctissimo non usque ad sequentem
 expiationis diem permanserit, sed eodem die circa uesperam
 exinde a pontifice maximo elatum fuerit; B. tamen
 Pfeifferus, cuius uerba iam supra adduximus, sufficere pu-
 tat, quod Sanctum Sanctorum habuerit thuribulum aureum
 peculiare, licet non perpetuo, tamen ad tempus; uel, non in-
 clusione, uerum destinatione. Ut haec sententia eo melius
 a Beneuole Lectore diiudicari possit, quae de aureo Sanctissimi
 thuribulo in antiquitatum monumentis traduntur, eo,
 quo fieri potuit, studio conquaesiimus, sperantes, fore
 ut ea B. L. aequi bonique consulat, quare nos ipsius
 fauori commendamus.

(f) Collat. fol. 70. column. B. lin. 27. eiusdem tractatus Ioma.